

§. 26. Galenus itaque unanimiter cum Hippocrate optime dicebat, quod sane natura omnes suas functiones adaequate in corpore efficere, et tamquam recta ratione hoc gubernare, omniaque quae illud perficiunt et conservant, regulate efficere videtur. Et quidam cum Platone consentiens ignem artificialem via tendentem illam appellavit. Haec vero ab illis verissime dicta sunt, quatenus accurate haec observabant: concinnitate enim recta, et ordinata compagine, aequabilique et perfecta commen-  
fione sensus et structurae totum corpus compactum est, et ratione, a potentia sapientissimi creatoris, coagmentatum; ut scire licet tam per experientiam ab illius adspectu, quam in theatris anatomicis contemplari. Et motuum igitur totum systema, quod ab illa optima structura et concinnitate dependet, et ab ea existentiam suam acquirit (§. 11.), concin-  
nitate optima, et ratione commensurabili,

haec-